Placetq; mitti dorici exitio genus
Quid hos simul perire nobiscū iuuat
Quid ubi perimus? sistite infelicium mare.
Vehit ista danaos classis et troas simul.
Nec plura possūt. occupat uocē mare
Ecce alia clades. fulmīe irati Jouis
Armata pallas quicqd aut hasta minax
Aut egide aut furore gorgoneo potest
Aut igne patrio temptat et celo noue
Spirant pcelle. solus īuictus malis
Luctatur aiax. uela cogentē hūc sua
Tenso rudente flāma pstrinxit cadens.
Libratur aliud fulmen. hoc toto impetu
Certū reducta pallas excussit manu.
Imitata patrē. transit aiacē ꝫ ratē.
Ratisq; ptem secū et aiacis tulit.
Nil ille motus. ardua ut cautes salo
Ambustus extat. dirimit insanū mare
Fluctusq; rūpit pectore. et nauē manu
Complexus ignes traxit. et ceco mari
Collucet aiax. omē resplendet fretum.
Tandem occupata rupe furibūdū itonat
Superasse nūc se pelagus atq; ignes. Juuat
Vicisse celū. palladē. fulmen. mare.
Nō me fugauit bellici terror dei
Et hectorem una solus ꝫ martē tuli.
Phebea nec me tela pepulerūt gradu
Cum phrygibus istos uicimus. tandē horrei
Aliena inerti tela mittentē dextra.
Quid si ipse mittat? plura cū auderet furens
Tridente rupem subruit pulsam pater

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/bav_pal_lat_1671/0279
MANFRED LAUTENSCHLÄGER STIFTUNG